

*Æterna fac cum sanctis tuis: in glória numerári.*

*Salvum fac pópulum tuum Dómine, et bédedic hereditáti tuæ.*

*Et rege eos, et extólle illos usque in ætérnum.*

*Per singulos dies bédedicimus te.*

*Et laudámus nomen tuum in sæculum, et in sæculum sæculi.*

*Dignáre Dómine die isto sine peccáto nos custodíre.*

*Miserére nostri Dómine: miserére nostri.*

*Fiat misericórdia tua Dómine super nos, quemádmódum sperávimus in te.*

*In te Dómine sperávi: non confundar in ætérnum.*

*℣. Bédedicámus Patrem et Filium cum sancto Spíritu.*

*℞. Laudamus et superex altémus eum in sæcula.*

*℣. Benedictus es, Domine, in firmaménto cœli.*

*℞. Et laúdabilis, et gloriósus, et superex altátus in sæcula.*

*℣. Domine, exaudi oratiónein sueam.*

*℞. Et clamer meus ad te veniat:*

*℣. Dóminus vobíscum:*

*℞. Et cum spíritu tuo,*

Oremus

Oratio

*Deus, cujus misericórdiæ non est númerus, et bonitátis infinitus est thesáurus, píssimæ majestáti tuæ pro collátis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes, ut qui peténtibus postuláta concédis, eósdem*